

NOTULÆ IN ÆSCHYLUM.

IN VITAM ÆSCHYLI.

Pag. 4, 9. Aristoph. Ran. 1015:

P. 4, 13. De errore hoc numeri vide Stanleium.

P. 6, 17. Variant libri inter χρυσόν et χορόν.

P. 7, 6. Vulgo χειρὶ, sine sensu. Erant χειρίδες in apparatu tragico. Cf. Bœttig. de Fur. p. 16, vers. gallicæ, ubi χεῖρας et χειρίδας videsis permutata.

P. 9, 3. Nescio quid hic medicinæ faciendum. For-
san, αἱ τῶν ποιημάτων ἐπιγραφαὶ πρ. τ. π.,
Νιόβη Δισχύλου, Ομήρου Ιλιάς. Fuit et tragicus
Homerus, cujus esse potuit Niobe fabula. Si
mentem scriptoris melius quæ fuerit caperem,
in lectione minus hærerem.

P. 10. Reposui veterem lectionem Γλ. Πόντιος, cui
substituerunt, Γλ. Ποτνιεύς, debili, ut videtur,
auctoritate. Cf. Herm. Diss. de Glaucis p. 3.